



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Theodosio Episcopo. 397.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

diisset, absurdissimum esse; vitiis nostris ommissis aliorum vitia inquirere, fræno linguæ iniecto, ac seipso silentio multato abiit: eodem modo tu quoque obtempera, & à magistris ad teipsum huiusmodi perscrutationem conuerte.

Petro Scholastico. 395.

Sacrum conuentum equidem ipse cum propriè esse dixerim, qui à nulla turpi permixtione contaminatur, verùm castitate atque aliis virtutum generibus exultat.

Aufonio Correptori. 396.

Prudentia, cùm pecuniarum amorem expulit, certissima & verissima res est ad quam iustitia exploretur. At si hunc admiserit, ius quæstui habere ac sententiam adulterare minimè recusat.

Theodosio Episcopo. 397.

Scio me persæpe mihiipsum huiusmodi quoddam consilium præbuisse: O Isidore, quoniam res magnæ magnis periculis confici solent, ea, qua decet, loquendi libertate vtere. Fortassis erubescet is, qui in peccatis erubescere minimè norunt. Ac quidem fortasse aliquid efficies. Sin autem aliquid etiam iniucundi patieris, cum Prophetis & Apostolis, atque aliis sanctis viris patieris, cum quibus tibi, qui vnus è vulgo es, optandum est, etiamsi non in virtutibus, at certè in perpeffionibus numerari. Verùm ad hunc modum contrà mihi ipsi respondi: Aliis quidem in rebus præclare loqueris, ac tibi morè gerere paratus sum. At quoniam pacto liberè loquemur? Sicne vt meram libertatem adhibeamus, an vt ipsam sanitatem temperemus? Quosdam enim noui, qui acri ac vehementi obiurgationis genere sanati sunt: quosdam rursus, qui eo obtrititi sunt, atque ad grauiorem improbitatem eruditi: alios denique, qui moderatam admonitionem atque orationis libertatè ludibrio habuerunt, eamq;

νέσθ, καὶ αἰούσασι ὅτι ἀπὸ πάσαι ἐστὶ τὰ ἐαυτῶν παρέτας κακὰ, καὶ τῶν ἄλλων πειθεῖσθαι, ἀπὸ τῆς χαλινὸν ἐμβαλὼν τῇ ἐαυτῶν γλώττῃ, καὶ σιγῇ ἐαυτῶν καταψυφισάμενος. ἔγωγε οὐκ εὐείδη, καὶ ἀπὸ τῶν διδασκάλων, πρὸς αὐτὸν πρῶτον τὴν ἔρευναν.

Πέτρω σχολαστικῷ. τίς.

Παύλει ἐγὼγε κυρίως εἶναι φημι, καὶ ἀπὸ μηδὲ μίας ἀρχῆς ὅμιξίας χειρονομήσω, ἀλλὰ τῆς ἀγνείας καὶ τῆς ἀρετῆς ἐναβρωνομήσω.

Αὐσονίῳ κορρίκτωρι. τίς.

Ἡ σὺνείσις, ὅταν τὸν τῶν χρημάτων ἐξοφρακίση ἐρωτά, βασιλευσίου ἐστὶ διχασμοῦ ἀψευδίστου. εἰ δὲ τὸν πρὸς αὐτὸν, κατεπλευσῶν τὸ δίχρον, καὶ νοθεύσῃ τὴν ψῆφον ἐπαρατηρητο.

Θεοδοσίῳ ἐπισκόπῳ. τίς.

Οἶδα πολλάκις ἐμαυτῷ παρανεσάσθαι πιαυτά πια, ὡς Ἰσίδωρε, ἐπειδὴ τὰ μεγάλα πράγματα μεγάλοις κινδύνοις φιλεῖ καταρθεῖσθαι, καὶ τῶν ἀρετῶν παρρησία. τάχα πῶς ἐρυθείσουσιν, οἱ μηδὲ ἐρυθείαν ἐν τοῖς παιήμασιν εἰδότες. ἴσως μὲν γὰρ καλορθώσας. εἰ δὲ πῶς πείσομαι ἄχρη, μετὰ τῶν πρὸς τῶν. καὶ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν ἄλλων ἀγίων πείσομαι, μεθ' ὧν σοι εὐκταῖόν ἐστι ἐν τῶν πολλῶν ὄντι, εἰ καὶ μὴ ἐν τοῖς κατορθώμασιν, ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς παθήμασιν ἀριθμείσθαι, ἀλλ' ἀνταπεκρίβην ἐμαυτῷ λέγων, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα εὐ λέγεις, καὶ σοι ἔτοιμός εἰμι πέθεσθαι. πῶς δὲ δὴ πρὸς ῥησιασμέθαι; ἀρα ἀκράτω τῇ πρὸς ῥησία χειρονομήσω, ἢ κερασάσθαι αὐτῶν πρὸς σωείας; οἶδα γὰρ ἡμᾶς μὲν ἀπὸ τῆς σφοδρῆς ὀπιτημίας ἰαθέντας, πρὸς δὲ ὀπιτηθέντας, καὶ εἰς χαλεπωτέραν παιδοπείραν ἰαθέντας κακίαν. ἄλλοις δὲ τῆς μετρείας συμβεβηκώς καὶ πρὸς ῥησίας καταγελάσασθαι.

καὶ οὐδὲν αὐτῶ ἐναί ἡγισαμῆδους.
 πῶς οὐ πῆ τοσούτοις καθεσιν ἐν τῷ
 σπέρμα φάρμακον; πῶς δὲ ἡεραπέυ-
 σθ; ἢ αἰπὸν ἐξ ἑναντίων παθῶν φου-
 σῶν; οὐκοῦν ἔφην τῶς ἐμαυτῶν, ὅσῳ
 καὶ τῶς σὲ νῦν φημί, ὅτι εἰ μὴ σὺ
 μῖσος ἀποτυγχάνειν ἐμελλες, οὐκ εἴην
 ἐξελύ, εἰ καὶ Μωϋσῆς καὶ Ηλίας καὶ
 Ἰωάννης, οἱ θεοφιλεῖς ἄνδρες, οὐτε συμ-
 βεβλήσαντες, ἔτε παρρησιασάμενοι
 ὄνισαν σκάνεις. οὐ μῖν τὰ κατ' ἐαυ-
 τῶς χεῖρον διέθεσαν, καὶ τῇ μὲν παρ-
 ρησία μινύσασθαι τῶν προσκυύων τῇ
 δὲ θείᾳ δεξιᾷ ὅπιτρεπέειν ἡ βίβαν
 τὰ κατὰ γὰρ ἴσασι πάντες ἄνθρωποι
 χεῖρον ἀφ' ἐαυτῶν τὰ κατὰ δὲ, οὐδὲ
 παρ' ἄλλων ἀκούοντες, μαθεῖν ἐθέλου-
 σιν.

Αλυπίω. τιμη.

Καταβολῶν, ὃ βέλπετε, ἀργυρί-
 λέγει, πῶς τῶν θείων γραφῶν διδα-
 σκαλίαν. τίον δὲ ἀκροάσεως, πῶς τῷ
 ἔργον ἐπίδειξι. ὄφελος γὰρ οὐδὲν ἀ-
 κροάσεως, ὅταν ἡ ἀφ' ἑργῶν ὅπι-
 δαξίς μὴ συμβαίνει τοῖς λεγομένοις
 ὅπι δὲ τῶν ἔστιν ἀληθές, πτωρία ἔπι-
 ται τῶ μὲν διδάσκοντι καὶ τῶν ἀκούοντι,
 εἰ μὴ καὶ φρασην τῶν δὲ ἀκούοντι, εἰ
 μὴ καὶ ἀράζει.

Αρχοντίω. τιθ.

Καθ' ἡμέραν ἀποθήσκω, ἔφην ὁ ἀπό-
 στος, τῶ τῶς τῶτο παρεσκευάσθαι,
 ὁ γὰρ τῶ τῶσιν ἀποθήσκω εἰς πῆ, εἰ καὶ
 μὴ τῇ σείρα αὐτὸ τῶ τῶσιν, ὅπι-
 γαται τῇ τῶσιν καὶ τῇ τῶσιν
 μία. ἀπὸ γὰρ τῶν ὅπι τῶσιν
 οὐκ ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων τὰ τῶσιν
 γματα, ὡς τὰ πολλὰ, κρίνεται, ἀπὸ
 τῆς γλώσσης, οὐκ ἀπὸ τῆς τέλει ὁ σέ-
 φανος πλέκεται. εἰ δὲ καὶ ὅπι κινδύ-
 νεύσιν οἱ ὀρθῶς ἀπόμενοι φιλοσοφίας,
 λήθη τῶς πολλῶς, ὅπι τῶ κόσμῳ ἀπο-
 θήσκωσι, ἀφ' τῶ νεκροῦ τῶς ἡδο-
 νῶς, ὅπι τῶσιν. οὐκ εἴναι μὲν γὰρ πῆ-
 γώτερον, τῶ τῶ δὲ πικρότερον.

pro nihilo putarunt. Quonam igitur mo-
 do quispiam tot morbis vnum remedium
 offeret? quonamque modo eos curabit,
 cum causæ ex diuersis affectionibus orian-
 tur? Ergo, ad meipsum dixi, id quod etiam
 nunc ad te dico, Si tu solus futurus esses,
 qui operam luderet, cunctari, atque id
 munus defugere oporteret. Cum autem
 & Moses, & Elias, & Ioannes, pij ac Deo
 chari viri, neque consilio, neque libera
 reprehensione illos iuuerint, nec tamen
 propterea suis rebus deterius cōsuluerint,
 sermonis quidem libertati suauitatem ad-
 miscere oportet, diuinæ autem dextræ sa-
 nationem permittere. Mala enim propem-
 modum ex seipsis omnes homines norūt:
 bona autem, nec ab aliis quidem audient-
 es, addiscere in animum inducunt.

Alypio. 398.

Pecuniæ numerationem, vir optime,
 diuinarum Scripturarū doctrinam ac pre-
 ceptionem appellat: auditionis autem fœ-
 nus, operum demonstrationē. Nihil enim
 vtilitatis ex auditione percipitur, cum ope-
 rum demonstratio cum iis quæ dicuntur,
 non concurrat. Quod autem hoc verum
 sit, hinc constat, quod docentem quidem
 & facientem pœna sequitur, si non etiam
 loquatur: audientem autem, si non etiam
 faciat.

Archontio. 399.

Quotidie morior, ideo dixit Apostolus,
 quod ad id paratus esset. Nam qui ad ali-
 quid paratus est, & si reipsa id non sufferat,
 expectatione tamen animique promptitu-
 dine id suffert. Siquidem res à conatibus
 plerunque, non ab effectibus iudicantur:
 atque ab animi sententia & voluntate, non
 à fine, coronā nectitur. Num autem etiam,
 qui philosophiam rectè capessunt,
 periclitantur, ignorant plerique eos mun-
 do mori dum voluptates morte afficiunt,
 animaduertas velim. Illud enim probabi-
 lius est: hoc autem amarulentius.

Bbb